



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

24. Executor an legatarios & hæredes in bonorum possessionem mittere
debeat. Et quid de fidei commissario vniuersali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

inopiam vel aliam suspicionem: quoniam aut non soluet, aut exiget cautionem: & ita not. Specu. §. nunc aliqua. ver. sed an debitor hæreditatis. & versi, quid si debitor. † Si executorum agentes pro legatarijs vel pro hæredibus ab ipsis debitoribus vel hæredibus fuerint reconuenti, tenebuntur ijdem executores eos, pro quibus agunt defendere: vt l. si quis ad declin. §. vbi. circa fin. C. de episcop. & cleric. & l. liberto ff. de annu. lega. & l. Firmio §. 1. ff. quando di. leg. cedat. sicut etiam tutor defendere tenetur pupillum suum, & actor vniuersitatem vt C. de admit. tutor. l. tutores debita. & l. fin. §. omnem. & l. 2. 1. respon. ff. de curat. bonis dando.

Reliquum est, † vt executor ipsos legatarios in bonorum possessionem inducat, si liquidum fuerit, quod erat ab hærede prestandum: vt in toto titul. C. vt in possessionem legatorum. & l. si legatorum. cum l. sequente. ff. eod. titul. Et eodem modo inducet in possessionem hæredem, vt legata soluere possit. Parique modo inducet fideicommissarium vniuersalem: vt §. nunc aliqua

aliqua. versic. sed quid si reliquit omnia. &
 25 versi. sed pone. † Sed Bald. in l. id, quod pau-
 peribus. in q. 16. quartæ partis dicit hoc mini-
 mè verum fore: quia hæres non debet capere
 de manu executoris, nisi quando esset institutus
 in re certa: quoniam tunc habetur loco lega-
 tary: vt l. quoties. C. de hæredi: instit. & l.
 sed si in conditione. circa fin. ff. de hæ. insti. Et
 similiter in 17. q. quartæ partis, dicit quòd re-
 stitutio vniuersalis similiter nõ debet fieri per
 executores, sed per hæredem vniuersalem, &
 ei coheret. vt l. si mulier. §. ex asse. ff. de iure
 dotium. Non obstat, quod dixit Spec. quia illa
 intelliguntur de resti. facti: non de restitu. iu-
 ris secundum Bald. Quinimò ipse dixit, quòd
 executor tenebitur dare vel dari facere ipsi
 legatario instrumeta, quæ ad rem legatam per-
 tinere videbantur: argum. l. sicut C. de libe-
 cau. & l. prædiorum secundum vnum intelle-
 ctum. ff. ad leg. fal. & tenet Specu. in §. nunc
 aliqua. versic. sed queritur, an hæres vel di-
 26 sributor teneatur. † Non ob. l. instrum. C. de
 fideicommiss. liber. vbi hæres tenet ipsa instru.
 & dat execut. legatario: quia ibi erat legata-
 tantum